

Kroesse d. Stadt Riga
mit den Seiten.
Riga 1900, Juni
T. Christian

et suo actoratu Civitas Rigenfis vigore editae et infi-
niatae Citationis propositura esset, injurias, uno con-
textu respondere vellent, submitterent. Et actores
ad praemissa ista omnia Consistoriorum quoque assensu
et comprobatione, interveniente, computarent. Consist-
arii praefati Jurisdictione auctoritate Decreti
et Commissionis Nostrae fundata, partibus praefatis
sub hac conditione apposita, nempe ut Patres prius
Querelas suas proponerent, tandem Senatus Rigenfis
actoratum ~~suum~~ suum contra Patres et submissione
ipsorum prosegueretur, terminum comparandi, causasque
suas expediendi, jura ac Privilegia produendi, ductusque
Limitum suorum utrinque demonstrandi prosequenti die
assignaverant et conservaverant. Postquam autem praem-
emoratae partes de articulis ex actoratu Patrum
sigillatim propositis, productis in ~~audiam~~ medium Judi-
bus ac Privilegiis suis luculenter invicem disceptassent,
ductusque Limitum suorum in re praesenti demonstra-
tos, et Depositionibus tertium comprobatos, expediendis
Consistorii tum temporis ~~et~~ praesentes controversos
articulos alios conjunctim, alios vero quoties in
votis ac suffragiis non convenirent, bini separa-
tim deciderant ac determinaverant: nonnullos
etiam, cum interpretatio Privilegiorum incidere,
nulla sententia lata, cognitioni et Decisioni Nos-
trae reservaverant, et ad Nos Judiciumque Nostrum
remiserant. A plerisque tamen Consistoriorum Decre-

3
tis utraque pars tam conjunctim quam separatim
ad Nos provocaverat. Demum articulis omnibus
ex actoratu Patrum in medium adductis per Con-
sistorios Nostrum, partim decisis et definitis, partim
ad Nos remissis, duo Consistorii, videlicet Generosi
Matthias Wilsiolowski Capitaneus Rovenbursensis
et Joannes Drobysz Oscillator Keadensis Jurisdic-
tioni ipsis tenore Decreti et Commissionis nostrae
concessae, in absentia reliquorum Collegarum suorum
Generosorum Bertrami Koltzschur Castellani Derpa-
tensis et Benedicti a Wahlen Capitanei Trejdenfis
negotio quibusdam, quo minus - tum temporis
adessent, praepeditorum renunciaverant.
Quam cum eidem ad affectationem Civitatis Rigenfis
quae aliorum Consistoriorum absentiam sibi praepu-
dicio et fraudulose non posse et praefatam renuncia-
tionem nulliter factam esse contendeat, una cum
reliquis duobus praememoratis Consistoriis Jurisdic-
tionem continuari postulavit, pro actoratu Civi-
tatis expediendo reintegrare recusarent, idque sine
consensu et conventionem utriusque partis fieri non posse
allegarent, ac praeterea mentem et intentionem partis
Conventualis Civitatis Rigenfis super re ista sciscitare-
tur. Civitas vero Rigenfis re primam in delibera-
tionem revocata, postea se jurisdictioni eorundem Con-
sistoriorum contra renunciationem ipsorum nulliter
factam, atque a se interpositam protestationem, nisi
eam quam a Nobis accepissent, continuare vellent, de
Novo subicere aut extinctam reanificare non posse de-
clararet, et de diligentia sua ac nullitate totius praecedentis
actus Consistorialis solemniter iterum protestaretur. Pa-

tres quoque reprobarentur: Commissarii praefati
ex loco Iudicii discesserant. Postea vero cum inutili;
minis praefata Civitas inhaerendo Decreti et Commissio-
nis Nostris literis, tum et submissioni Patrum coram
Commissariis nostris palam factae, atque ipsorum
Commissariorum stultitiae interlocutoriae injurias
et gravamina ex actoratu suo contra Patres coram
duobus Commissariis videlicet Guafio Bertramo Holt-
schur Castellano Depatensi et Benedicto a Wahlen
Capitano Treidensi proponere vellet. Patres vero
actoratum a Civitate institui, et se ad litam contes-
tandam urgeri animadvertentes sibi praeter excep-
tatum litium finem, nihil antiquius responderent.

Et licet numerus Commissariorum integer praesto
non esset, atque ita eadem exceptione, qua Civitas an-
tea usa fuisset, uti possent, veruntamen ne quicquam
fidei suae derogarent, et bonis ac quietis vicinis
nihil sibi optatius esse testatum redderent, se quidem
respondere velle, sed conformiter tamen Juribus et
Privilegiis suis contenderent atque in eam rem antiqua
duo Privilegia Monialium Sanctae Mariae Magda-
lenae Bigae olim existentium, quarum locum ad
profectus repraesentarent, alterum anni quinquagesimi
quinti, alterum quinquagesimi octavi, supra millesimi
mum ducentesimum annum, quibus per Summum
Pontificem a Jurisdictione Secularium Iudicium elap-
ti essent, producerent, ac praeterea Sacros Canones
de exemptione personarum Ecclesiasticarum a foro

seculari in subsidium vocarent, atque haec omnibus
tanquam juri publico et beneficio toti ordini, non
privato alicui homini indulto, pactis privatorum
derogari non posse assererent, ac proinde a foro in-
competenti liberos se pronunciari postularent. In
contrarium Civit. Bigensis exceptionem ejusmodi post-
Decreta et Commissiones Nostras, nec non expressam
Conventionem toties repetitam de actoratu Citta-
tis expediendo, locum non habere replicaret, et Pa-
tres ad responsionem adigi, aut actoratum finem cum
toto causae effectu ad Nos remitti ex peteret, atque
etiam in id Patres consentirent, Commissarii praefati
qui Patribus directam responsionem prius injunxerant
ab eaque Patres ad Nos appellaverant, eo confi-
derato, quod de interpretatione Privilegiorum age-
retur, et utraque pars remissione totius causae ex-
presse consentiret: ideo totam gravaminum Citta-
tis Bigensis causam, cum toto ejus effectu ad Nos
remiserant, prout Commissionis istius bini actus lu-
culentis praemisissa omnia in se complectuntur.

In terminis autem ex eadem remissione et suprame-
moratis appellacionibus, per utramque partem ad
Nos Iudiciumque Nostrum interpositis, coram Iudicio
Nosso Nostrorum incidente, partibusque ibidem
comparentibus, cum actorea Patres nimirum Collegii
Bigensis actoratum suum persequi vellet, Manda-
torii autem Civitatis Bigens. imprimis ab illis, ut sese ex-
presse declararent, an secundum priora Decreta Nostra et
submissionem suam coram Iudicio Commissariorum fac-
tam, actoratu suo justificato atque expedito, Civitati
etiam ad ipsius gravamina, sine fori exceptione paripasse

respondere vellent, postularent. Ex adverso ta-
tres submissionem quidem illam non negarent, sed
laudem ad Privilegia sua, juraque Ecclesiastica re-
stringerent, et se in hoc actoratu suo ad Declara-
tionem faciendam non teneri, postea vero in conti-
nuatione causae sese Declarare velle responderent.

Mandatarii porro Civitatis praesentem terminum
ex Comitissiali dependere, eumque ex utriusque par-
tis Conventione sub Diferta conditione expediendi utri-
usque actoratus receptum fuisse, adeoque aut utramque
aut neutram partem praesenti termino replicarent
et consequenter secundum protestationes de nullitate
actoratus Patrum toties antea coram Comitissariis in-
terpositas, contra terminum et totum actum Comitiss-
rialem opponendi jus sibi reservarent.

Aspicientes Judicii nostri eo in consideratione habito
quod Comitissio praefata ex Decreto Nostro in Judicis
Relationum Nostrarum lato expedita fuisset: ideo
partes cum toto causae effectu ad Nos et Judicium
Nostrarum Relationum remisissent. In termino
itaque hodierno Judicii Relationum Nostrarum, propria-
rum, tam ex eadem remissione, quam ex appellationibus
partium et remissionibus Comitissariorum Nostrorum in-
cidente, et hucusque continuato, partibus praefatis
actorea Patribus Collegii Bigensis per Venerabilem Gregorium
Czyslaw Societatis Jesu: Conventa vero per Spectabilem
Joannem Ulricum Judicem et Nicolaum Barnexium
Secretarium Civitatis Bigens, Mandatarios ac Recepto-
rentes suos coram Nobis comparentibus, eumque ter-

5
minum attentantibus. Actores primum contra par-
tem Conventalem proponebant, seque contra Civitatem Bigensem
ex unanimi omnium quatuor Comitissariorum suffragio
partem ex appellatione, partem ex remissione justam
ac legitimam et anteriorem quidem terminum habere
contendebant, ac proinde aequum esse, ut non modo
actoratus ipsorum sine omni contradictione et inter-
pellatione partis adversae procederet, sed ut nec
ipsi Patres expedito suo actoratu ad Civitatis actoratum
in hoc termino et foro respondere tenerentur, eo quod
Patres Civitati prius actionem instituisset: Civitas
Patres nunquam antehac citasset: et suo tantum
Comitissarii contra Decretum Nostrum ob insufficientiam
numeri actoratum Civitatis nulliter remisissent: forum
quoque ipsum incompetentis esset, cum juxta supra spec-
ficata Privilegia, tam sua quam antecessorum suorum
Monialium (quas Alexander quartus Summus Ponti-
fex a seculari jurisdictione exemeret et juxta con-
tenta Privilegiorum auctoritate Apostolica inhibue-
rat, ne ullus Episcopus vel quaelibet alia persona
ad Synodos, vel Convventus forenses Moniales Bigen-
ses ire, vel judicio seculari de ipsarum propria sub-
stantia ac possessionibus earundem sese subicere
compelleret) et ex praescripto juris in nullo secu-
lari judicio conveniri possent: Decreta autem Nostra
ex quibus particulae Invicem et utrinque ab adversa
parte allegarentur, quemadmodum et praetensam sub-
missionem suam non aliter, quam de actoratu suo, et cau-

lis connexis, idque secundum Jura et Privilegia
sua, intelligi atque ultendi posse se debere asserunt.
Et quamvis Juribus et Privilegiis suis per expressum
(quod tamen factum negabant) renunciassent, ejusmodi
tamen renunciationem, ut pote quae in praesudicium
totius Ordinis clericalis vergeret, ipso jure non sub-
sistere, sed plane irritam, atque nullitatis vicio
obnoxiam esse: eademque ratione Senatum licet se
per expressum ad omnia et singula ipsorum Patrum
Pravamina, coram Commissariis Vostriis responderum,
in principio litis submisisset, in progressu causae
forum aliquoties declinasse, et in puncto quodam
criminali causam concernente vigore Privilegii sui,
ad Comitatus Regni provocasse; ratione quoque Bur-
grabii, Troconfulum, Tractorum aliorumque Consulum
Civitatis de nonnullis injuriis conventorum Civitatem
ad Senatum, cujus membrum essent, et a quo tan-
quam superiori officia sibi demandata haberent,
se pro foro competenti retulisse allegabant, ac tan-
dem partem praememoratam ad attentandum ter-
minum et prosecutionem actoratus sui compelli, se
vero uti personas Jurisdictioni Ecclesiasticae subjec-
tas circa Jura et Privilegia conservari exoptabant.
Ad haec Mandatarii Civitatis Vostre Dignif. respondebant,
se quidem coram praefatis Commissariis Vostriis nullum alium
quam est spontanea et reciproca de utroque partis
actoratu expediendo conventionem, auctoritate Commissari-
um Vostrorum approbata, terminum habuisse, Veruntamen

6
la conventionem se confisos, ad omnes et singulas Pa-
trum actiones plenarie respondisse; atque etiamnum stu-
dio pacis et finicudorum litium desiderio, omnis pro omni-
bus nullitatibus contra actum Commissorialem militan-
tibus, sine mora respondere velle. Non licere itaque
Patribus post expeditum suum actoratum a Conventione
utrinque obligatoria recedere, et nunc demum post
Decreta Vostra, quae in rem judicatam transissent,
nec non post susceptum terminum, exceptionem fori
Declinatoriam, quae in initio processus opponenda
fuerat, inferre. Quoties vero Patribus id
succeederet, sibi protestationibus de nullitate totius
actoratus Patrum sub diserta illa conditione expediti
per Civitatem toties interpositis inhaerendum esse, termi-
num enim praesentem ex illo Commissoriali, qui aut
utramque aut neutram partem stringeret, dependere.
Quod vero ~~duo~~ duo tantum Commissarii actoratum
Civitatis ad Nos remisissent; id Civitati praesudicio
et detrimento esse non posse, propterea quod coram
illorum Judio Patres insufficientiam numeri in-
stanti non opposuissent, sed in quaestione actor-
atus Civitatis Privilegia sua produxissent, Jura
et Defensiones suas allegassent et ab adjuvato quidem
foro appellassent, sed nihilominus remissioni ad Nos
totius actoratus Civitatis ultro concessissent. Deum
de quod reliqui bini Commissarii sine ulla legitima
causa ex ea duntaxat occasione, quod praefati duo
ipsorum Collegae, qui antea per tres integras septima-
nas

in expediendis Patrum controversiis iudicio praesue-
rant, illo die a iudiciis abessent, jurisdictioni confestim
renunciassent, et actoratum⁽⁵⁾ (?) Civitatis toties postulati
interesse recusassent, ne quidem Civitati innocenti, et
nullam occasionem ad id praebenti imputari posse.
Postea iidem Mandatarii praefatos Patres iudicium
Nostrum declinare ac subterfugere non posse deduce-
bant, propterea quod Decretis Nostris, quae in rem
iudicatum transissent, et inviolata permanere deberent,
praedictis Commissariis, ut omnes differentias inter utram-
que partem intercedentes cognoscerent et radicibus tolle-
rent, injunctum fuisset, idque per insertas particulas,
in vicem, utrinque tanquam; quibus ipsi Patres nun-
quam antea contradidissent, imo tam Commissioni primae
ex sua duntaxat instantia impetratae, quam postremo
Decreto ad Commissionem abque ulla contradictione inseribi
permisissent, eadem quoque Decreta et Commissiones ad esse,
conditionem dedidissent et sine ulla conditione aut reserva-
tione suorum iurium, Privilegorum atque immunitatum,
terminum ad Civitatis actoratum paripassu respondendi,
ex conventionem mutua coram Commissariis sponte
suscepissent, quemadmodum etiam anno Milleesimo
sexcentesimo decimo quinto Decreto Commissariorum a
Nobis postea retractato, se a Citationem et tota causa
Civitatis absolvi fecissent. Et sic ab omnibus quatuor

7
Commissariis unanimiter, ut vigore istius conventionis pro-
prio quoque actoratum expediendo gravamina contra Pa-
tres in scripto exhiberent, demandatum fuisset. Cae-
terum quod Privilegia Monialium per Patres allegata
attinet, ea ultra personas et ordinem extendenda non
esse: Moniales enim non nisi a Seculari iuris Dictio-
ne exemptas fuisse: et Archiepiscopi jurisdictionem
agnovisse, eaque deinceps in Reverendissimos Praedecessores
Nostros Reges Poloniae, atque Normannos pleno jure
translata esse; nec posse Moniales, vel nunc illarum
Successores nimirum Patres iudicium nostrum decli-
nare: ac si maxime vellent, id non modo cum insigni
diminutione auctoritatis Nostrae Regiae, verum etiam
cum irreparabili Damno, tam omnium incolarum Regni,
quam Civitatis Biscup. conjunctum fore. Neque Pa-
tribus haec in parte iura Canonica vel Privilegia sub-
venire posse inferebant, maxime cum Civitas nihil
contra Libertates et praerogativas Ecclesiasticas affectet
et Patres ad instar aliorum Spiritualium, qui ratione
bonorum et iurium, vel coram Nobis vel iudicio Tri-
bunalis Regni forum sortiuntur, idque in causa et
per se connexa et reconventionali, tum et Decretis
Nostris atque submissione partium ultro citroque obli-
gatoria ad invicem innodata, conveniri possint. Pri-
vilegium denique ratione fori in Comitibus Regni in causis
criminalibus, tanquam in particulari ac singulari casu,
super quo nec Commissariis tenore Decreti Nostris ulla
iudicandi facultas data fuisset, uti et ratione objecto-
rum processuum particularibus personis ex Senatu, qui

coram ipso Senatu tanquam in foro competenti
prius conveniri debent, incompetentiam actionis Civi-
tatem legitime opposuisse: sed Patres ad imitationem
ejus, in omnibus promiscue causis et controversiis, omni-
modam et absolutam, a Judicio Nostro exemptionem
affectare, et ad sui ordinis superiores, qui eandem
Regulam et communia bona tenebant, incompetentes
provocare.

Concludenda itaque ut Patres expedito
suo actoratu ad continuam et directam responsionem
teneantur per Nos decerni rogabant.

Nos cum confiliariis Nostri Lateri Nostro aspidantibus
eo in consideratione habito, quod Decretum Nostrium inter
Patres Societatis Jesu et Senatum Rigensem intercessit,
quo Commissarios Nostros ad decidendas utriusque interce-
dentes differentias, deputaveramus et assignaveramus:
tum quod iidem Patres coram Commissariis Nostri sece
ad actoratum Civitatis Rigensis responsuros sponte sua
submiserunt; ideo ratione personalium quidem inju-
riarum eodem Patres forum coram Nobis habere non
posse ordinavimus: verum ut expedito suo actoratu
vicissim ratione injuriarum realium, quae nimirum
fundos concernunt, et intuitu fundorum factae et illatae
esse praetenduntur Senatui Rigensi sece coram Nobis
justificent, decernimus. Patres itaque Collegii

Rigens. causam suam vigore interventoriae sententiae
Nostrae coram Nobis prosequentes, et controversias suas
coram Commissariis Nostri antea agitatas repetentes,
eorumque defectus in hac ultima instantia supplentes.

8
Supprimis de Insula quadam in fluvio Duna non
procul a suburbio suo Bell, a quo eandem nomen
accepisse dictitabant, situata, proponebant, eamque
antiquitas ad ~~Mos~~ — suis videt Bell Frit 131
miales Sanctae Mariae Magdalensae juxta eandem
Privilegia

De praepedito libero Exercitio Religionis Catholicae.
Nos Fidei Decretorum succinde extractum hujus: Ab hoc puncto tam per
Dominos Commissarios quam per S. R. Mtem libera pronunciata et absoluta
est Civitas, sub poena tamen 10,000 Ungaricorum ne impotenter praepre-
diant. Publicatio libertatis Religionis Catholicae in praesentia duorum
Restorum fieri debeat ~~per~~ juxta facta Consente N. B.
p. 120 - 129.

Nactenus itaque articulis superscriptis expeditis Patres
ulterius contra praefatos Citatos proponebant Sereasimum
Regem Septimum olim Collegium Patrum Societatis ea
intentione Rigae fundasse, ut Religionem Catholicam
ibidem propagarent, et debita exercitia juxta morem
Ecclesiae Catholicae libere obtinent, eundemque Regem antea
anno Octingentesimo secundo supra sexagimillesimum in
transactione cum Civitate Rigensi habita, libertatem Reli-
gionis Catholicae, ejusque exercitium, quod absque usitatiss
ceremoniis consistere non posset, reprobasse: nihilomi-
nus tamen Senatum Rigensem posthabita et neglecta ejus-
modi transactione, variis modis libertatem religionis
Catholicae, ejusque exercitia, utpote Delationem publicam
Venerabilis Sacramenti ad infirmos non permittens, pro-
cessionem item publicas statis temporibus juxta in-
stitutum Ecclesiae peragi solitas impedire: id autem
fieri contra mentem Stephani Regis, quem intendisse pu-
blicas processiones Rigam introducere et fundatione Collegii

Migneus patere, cum omnia munia Parochialia Religionis Catholicae in civitate Rigenfi exequi, et ad ea obeunda Vice-Parochum aut Vicarium ibidem haberi voluerit. Et id quoque Nos voluisse ex decreto Nostro anno milliesimo quingentesimo nonagesimo primo lato constare, quo eodem Patres circa cultum Divinum more et ritu Catholico pacifice exercentium Conservavimus. Et licet non in omnibus Libertate Religionis Catholicae tam ipsi, quam Vicarius Ecclesiae Sancti Jacobi usi fuerint, non tamen ideo eos illa privari, aut terminis aliquibus auctari posse, cum pro Commoditate et opportunitate temporis processiones publicas secundum morem et ritum Ecclesiae Catholicae facere liberum ipsis esset; et cum professio Religionis Catholicae eodem jure, quo exercitium Augustanae Confessionis iuxta Pacta Conventa cum Rege Stephano inrita, in Civitate Rigenfi, quae olim tota fuit Catholica, gaudere debeat, scandalum etiam inde oriri non posse (sicut non oritur, dum publica processio funeralis per plateas habetur) quoadquidem Communitas sit in potestate Senatus, et ille omnes insolentias, si quas inquieti homines excitare vellent, juxta praedicta Pacta et allegatum Decretum Nostrium compescere teneatur. Adhaec Senatui populo aditum Templorum Catholicorum et verbi Divini auditum, ex quo fides proveniret, et Doctrina Patrum profectum facere posset, interdixit, idque sub eo praestatu, ne Patribus aliqua molestia ab hominibus scissis exhibeatur, cum tamen idem

Senatus non simpliciter accessum ad Templo sua inhibere, sed molestiam potius plebi eo accedenti, quae in potestate Senatus esset, imperare deberet. Deinde Catholicos homines per Senatum ad jura Civitatis non admitti, imo a comereis et societatibus mercatorum anno milliesimo sexcentesimo duodecimo per laudium publicum exclusos esse: qua quidem in parte Relatio per Conventus coram Curia Nostri facta, eisdem patrocinari non posset, propterea quod generalitate ejusdem laudi omnes a Religione Civitatis Rigenfis alieni, adeoque etiam Catholici exclusi essent. Virgines et ancillas Viris Catholicis nubentes, invitis sponsis per Ministros Augustanae Confessionis ad manus Dato Senatus copulari. Opificibus Catholicis exercitium artis suae ultra duas septimanas non permitti, instrumentis per Notarium quandam publicum ea de re confectis demonstrabant. Pauperibus quoque et aliis miseris Catholicis licet indigenae sint, et in Civitate Rigenfi ad egestatis terminos reducti fuerint, signa civitatis confecta pro consequenda elemosina aliis data, per Senatum denegari, et hoc ratione ipsis a Religione Catholica abstergeri, et ad Augustanam Confessionem amplectendam cogi, aliundeque aliquot a Religione Catholica defecisse, attestatio, ne Episcopi Nudus deducebant. Se ipsos quoque in publicis Conviviis injuriis laedi et contumelias affici, multisque dictis, subannationibus et in injuriis nominibus a promiscua plebe, sciente id Senatu et nec poenis nec intimatione publica prohibente, proscindi. Duos etiam a Ludicis magistris, ne Templo et scholas suas frequent, virgis caedi contumebant. Quae quidem omnia superius recensita,

siquidem cum exercitio Religionis Catholicae et ejusdem
libertate a Divo Stephano cuilibet concessa, ~~tu~~ tum
et cum mandatis Nostris antea ad Civitatem Pizensem
eo nomine datis pugnarent; idcirco Catholicos ab eju-
smodi oppressione Pizensium per Nos vindicari, et decre-
tum Coniugariorum Nostrorum, qui unanimiter omnes
eo attento, quod Conventi constantiter negarent exercitium
Catholicae religionis per se, vel per suos praepeditum esse
praeterea quod allegatum laudum seu constitutionem pu-
blicam inter Senatum et Communitatem de mercatoribus
factam, non de Catholicis [qui libertate Civitatis aequae
cum aliis civibus fruuntur] sed de sectis peregrinis, ut
pote Calvinisticis et aliis a Catholica et Augustana
Religione alienis intelligi debere, Declarationem facerent;
actores vero nihil in contrarium probarent: ideo eorundem
Civitas ab ista causa et impetitione actorum liberis
pronunciaverant. Et nihilominus ut in posterum iuxta
pacta Conventa huic articulo de libertate et exercitio
Religionis Catholicae a Civitate satisfaceret, sub poena
decem millium Hungaricorum decreverat, in toto cum
apposita poena approbari: atque insuper ut ad Catholicam
religionem in Civitate Pizensi propensis ejusdem libertas
magis innotesceret, publicationem ejusdem libertatis iuxta
allegatam Transactionem per Divum Stephanum cum Ci-
vitate Pizensi initam, per Revisores Nostros, vel per Sena-
tum Pizensem in foro publico expedandum decerni rogabant.
In Contrarium pars Conventa Civitas Pizensis nihil sibi quam
pacta Conventa cum Serenissimo olim Stephano Rege super
libera exercitio utriusque Religionis tam Catholicae
quam Augustanae Confessionis tempore subjectionis inita

antiquius esse, eaque sese haecenus facta tecta observasse,
et in exercitio Catholicae Religionis neminem impedivisse
nec contrarium posse probari posse respondebat. Et licet
quidem Patres semper de praepedita et turbata libertate
Religionis Catholicae invidiae sibi conflandae causa quere-
rentur, nunquam tamen eorundem quicquam contra se pro-
bare potuisse, idcirco etiam sese tam a Commissariis
modernis [qui si aliquid probatum fuisset, ut in aliis
punctis controversis, ita quoque in hac invidiosa causa
vix sibi peperissent] quam etiam a Generalibus Com-
missariis anno nonagesimo nono supra sequimillefi-
num, et per Nosmetipsos anno 1613 liberos ab im-
petitione Patrum pronunciato fuisse affirmabat.
Procesiones per plateas publice peragendas quod attinet,
has Regem Stephanum non introduxisse aut introducere
voluisse, utpote quae in hac Civitate, ubi paucissimi sunt
Catholici nullo honore et veneratione Religionis exerceri
et non solum Patribus ipsis sed et toti Civitati pericu-
lum afferre possent. Nondum Patres doctrina multum
profecisse. Nec religionem Catholicam magnam haecenus
incrementum habuisse. Nec hanc, sed eam sustulisse
mentem Divo Stephano Rege fuisse, ut pro Regibus
Poloniae, eorumque locum tenentibus aut Coniugariis
Nec non peregrinis et Civibus Catholicae Religionis Reli-
gioni addictis, cum Conventio Sanctae Mariae Magdalenae Divi Jaco-
bi templum traderetur, eoque sensu et intellectu cessionem
a Civitate factam et contractum initum esse, quae omnia ex
Originalibus Actorum Conventuum literis constent, quae
quidem in alienum ab intentione sensum per malam inter-
pretationem jam non sint torquenda: Nihil pactis Conven-
tis correspondere Reverendorum Patrum fundamentum, quae in
Civitatem illam, non ad tales procesiones introducti sint, quae

etiam tempore possessionis suae, nec non ab anno Nonage-
simo primo, quum per decretum Regium restituti erant,
nunquam in usum aut effectum deduxerunt, sed terminis
templorum et Coemiteriorum suorum amplissimorum con-
tentos fuisse, ubi tales processiones raris superque celebrari
et peragi possint. Neque etiam sub libertatis Religionis
praesertim et inter Diversae Religionis affectanda esse, quae
alteri parti intollerabile gravamen, religioni vero alterius
nullum plane honorem aut commodum, imo utriusque pro-
fessio, summum discrimen allatura essent, prout etiam
nec Gedani, nec in Romano Imperio aut aliis Regnis
et Provinciis ubi utriusque Religionis etiam sub Magistra-
tibus Catholicis exercitium habetur usitatum et receptum
sit, quod tales processiones per plateas, a Diversae Religio-
nis inhabitatas exerceantur vel admittantur. Mul-
tominus id in hac plane Augustanae Religionis Civitate
in qua nec milleesima pars Catholicorum sit, admittendum
esse declarabant. Accessum autem ad templa Catholico-
rum nulli interdici contendebant, nisi forte ociosis homi-
nibus, qui temeritatis causa accederent, et Patribus non
nisi molesti essent, quibus in tempore occurrere melius
esset, quam post illatam per ipsos injuriam vindictam
perquirere. Memorati vero laudi publici sufficientem
sece declarationem coram Commissariis Nostris fecisse, et
per id sectas ~~se~~ duantat a Confessione Augustana alienas
exclusas esse. Quoni autem Clausio, quem Patres eo laudo
indigitarent, jus Civitatis, non uti Catholicis, sed tanquam Hollan-
do, quibus antiquissimis jure Civitatis suis praeclassum esset,
denegasse quidem Spectabilem tamen suatum eide, ut aequè
ac alii cives Rigeus victum quaerere posset, gratiam fecisse, et

certo Privilegio donasse: nec allegata instrumenta publica
utpote ab ejusmodi Notario, de cujus Notariatus Privile-
gio non constaret, confecta sibi, praesudicare non posse
allegabat. Ancillam porro Viro Catholico nubentem
aliquando per Ministrum Augustanae Confessionis copu-
latam fuisse non diffitebatur. Verum id iuxta Praetoris
jam defuncti accidisse, perindeque esse uter Sacerdotum
illos copularit, asserbat. Neque etiam opifrices aut
milites Religionis causa admitti vel dimitti, cum non
ad Religionem, sed ad industriam et mores illorum respi-
ciatur. Pauperibus si signa denegentur, id non odio
Religionis fieri, sed ex causa politica, ~~ne~~ nimirum ne
illis, qui in Civitate onera tulissent, et ad pauperiem
prolapso essent, ab exteris qui nihil praestitissent, vic-
tus praeripiatur. Cautum quoque esse legibus publicis
in bene constitutis Rebus publicis, ut quilibet egenos
suos alat, et validos ab infirmis mendicantibus discer-
nat, neque tamen in hoc ullum observari ordinem
quinimo praeter antiquam Consuetudinem Solonos, Li-
thuanos, Ruthenos et Livonicos mendicantes per plateas
discursitantes tolerari. Reverendi autem Episcopi Veneta-
sis literas per Patres allegatas non continere attestativam
sed protestativam: idcirco etiam vim probandi, cum nemo
in propria causa aut testis esse, aut testes examinare
possit non habere. Concionatores autem pro officii sui ra-
tione populum in fundamento profanae Religionis instruere
et ne aliam suscipiant, admonere: similiter etiam Ludim-
yothos discipulos fidei suae commissos merito observare: idemque
procul dubio a Patribus fieri dicebat: Acclamationes
in plateis si fierint, Senatui et omnibus viris displicere,

Cupere enim sese, ut non minus Rigae Catholicis,
quam Augustanae Confessionis addictis inter Catholicos
securitas praestetur, et ideo quoties eo nomine quaerela
deferantur, iudicium inquirere et in deprehensos graviter
animadvertere contendebat. Et quoniam Patres a decreto
praefato Comissariali non appellasset, ~~ideo~~ illudque in
rem iudicatum ex ipsorum parte transissent: ideo pu-
blicationem libertatis Catholicae Religionis jam extra
(minus) terminum peti, eamque minas necessariam esse asse-
runt, propterea quod omnibus de factis Conventis, et
libero utriusque Religionis exercitio palam constaret
et coram Comissariis nostris in magna Civium fre-
quentia de eis actum esset, Catholici quoque in numerum
Civium sine Contradictione reciperentur, et multi apud
Cives Rigenses atque ulla Religionis Catholicae praepo-
sitione passim servirent, adeoque nemo vel diu vel
probrum propter religionem sentiret. Itaque rese ab
actione ista et omni impetitione Patrum, qui nihil
contra se probassent, absolvi, vadiumque praefatum, uti
contra rationem et naturam decreti absolutorii per Com-
missarios nostros in eodem adjectum, a quo Civitas appellat-
set, tolli et casari postulabat. Nos cum Comissariis
nostris sententiam superscriptam ex unanimi omnium Com-
missariorum nostrorum consensu lata in toto approbandam et
confirmandam esse duximus approbavimusque et confirmavimus.
Responsibus autem nostris supranominatis mandavimus, ut li-
bertatem Religionis Catholicae et exercitium illius iuxta praeta
Conventa in praesentia sua Rigae publicari faciant. Posthaec
Patres contra Conventos proponebant, sibi in decreto anno nona,
agesimo primo supra sesquimillesimum per nos in causa expul-
sionis lato, salvam ratione damnorum et expensarum ⁱⁿ eadem

12
causa rogatarum, atque octo millibus florenis per se
aestimatarum actionem reservatam esse. etc.

1687 apud. De injuriis violentis in Patrum Subditos
Comissariis nec non Jurisdictione in eodem usurpata

De Jure Decretorum lapsi: ab actione injuriarum sponte
Patres recesserunt. Quod Jurisdictionem tam quoad Delin-
quentes quam Contractantes in Civitate conservatur Civitas circa
Privilegia, ita tamen ut de modo et quantitate debiti con-
tractandi Reverses transigant.

pg. 135:

Denique Patres subditis suis in actu Comissariali speci-
ficatis, tam ab universo Senatu Rigensi, quam ab ejusdem
membris aliisque personis in Magistratu constitutis et no-
mine Senatus jurisdictionem exercentibus varias gravesque
injurias illatas et eodem ^{tor} subditos suos in Civitatem ve-
nientes, in viis publicis et plateis captivos, in carceres
conjectos, et nonnulli bene mulctatos, ac pro compedibus
preco soluto dimissos fuisse conquerantur. Conventoque
pro qualitate et gravitate injuriarum ex circumstantiis rela-
tionum Ministerialium et protestationum desuper productarum
ad refusionem damnorum trecentis aureis Ungaricis resti-
matorum compelli, atque ita sententiam Comissariorum nostros-
rum Capitanei Romenburgensis et Vocillatoris Rudensis, qui
Conventos ad refusionem damnorum sub poena praefatae tunc
condemnaverant, approbari expetebant. In specie autem
ulorem & cupidam subditi Collegii Teramis dicti, jussu
Praetoris sive Advocati Rigensis in Civitate, eo quod civis ejusdem

Coloniae Libere fractionatae, variae injuriae, protra, et
Discipulis inferantur, dum Religionem suam, cujus aequalis
cum Catholica exercitium sine probris, iniuriis, et coactio-
nibus in Civitate Rigenfi cautum sancitumque esset, haereticis
nomine appellarent. Quod etiam Theologis e suggestu et
Cathedra ad auditores ac discipulos suos forte permisum
fuit, in forensi tamen et Civili conversatione id minime
licere debebat, propterea quod per ejusmodi licentiam
pax et tranquillitas publica facile periclitari, vulgus
quoque consilii et patientiae expertis ad tumultus et
seditiones inflamari, adeoque salus et Patrum et illa,
